



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

V. Erzbischof Erich von Magdeburg ertheilt denjenigen einen Ablassbrief,  
welche das Kloster Zehdenik unterstützen, am 22. September 1289.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

V. Erzbischof Erich von Magdeburg ertheilt denjenigen einen Ablassbrief, welche das Kloster Zehnten unterstügen, am 22. September 1289.

Ericus, Dei gratia Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens Scriptum peruenerit, salutem in eo, qui est omnium uera salus. Cupientes fideles Christi ad opera pietatis speciali gratiarum premio inuitare, De omnipotentis Dei misericordia ac sue matris Marie virginis gloriose nec non beatorum Petri et Pauli Apostolorum ac Sancti Mauricii Patroni nostri meritis et auctoritate ac nostra confisi, omnibus benefactoribus confessis et contritis, qui cenobio Dominarum in Cedenik Cistertiensis ordinis Brandenburgensis diocesis in honorem beate Marie virginis ac Sancti Georgii martiris constructum, quod tanta inopia oppressum cognouimus, quod eidem proprie non suppetunt facultates, manum porrexerint ad iutricem et Dominicum locum in festiuitatibus cum deuotione uisitauerint, quadraginta dies et Karenam consensu dyocesarum accedente de inunctis sibi penitentis misericorditer in Domino relaxauimus. In cuius rei testimonium presens scriptum duximus sigillandum. Datum Magdeburg, Anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXIX<sup>o</sup>, in die S. Mauricii ac sociorum eius.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

VI. Der Propst zu Gramzow und der Prior zu St. Jacob in Stettin stiften einen Vergleich zwischen dem Conuente zu Gobelenhagen und dem Priester Heinrich, Vicar zu Belfow, am 26. Januar 1295.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum uisuris Th., Dei gratia prepositus Granowensis, et Albertus, Prior sancti Jacobi in Stetyn, cum deuotis orationibus presentis uite gaudia pariter et future. Omnium habere memoriam de singulis non est humani intellectus sed potius diuini. Expediit ergo, ut ea, que memoriam hominum excedere possunt, scriptis et literarum testimonio roborare. Proinde uolumus esse notum, quod Wilhelmus, prior, pro suo conuentu in Gobelenhagen ex vna et Henricus, Sacerdos, vicarius ville Bellecowe, parte ex altera Stetyn in nostra presentia constituti hanc compositionem de dissensione, que inter eos vertebatur, sub hac forma nobis mediantibus inierunt, uidelicet quod predictus dominus Henricus residebit in ipsa vicaria ville Bellecowe usque ad festum purificationis sancte Marie virginis proxime nunc future ad annum et soluet II choros filiginis et II choros auene soluet in ciuitate Dampe fratribus memoratis, et insuper mansos dotis vna cum area et edificiis spectantibus ad ipsam omni cessante impedimento pariter cum seminibus, prout ipse inuenit, libere resignabit, et si ultra hec dotem cum attinentiis suis emendauerit, sibi dabitur ex integro, prout probi homines secundum consuetudinem terre poterunt aprobare, prouiso nichilominus, quod medio tempore sepedicti fratres de Gobelenhagen de amminiculo amicorum suorum prefato Hinrico prouidebunt in alia vicaria licet non perpetuo, si eundem duxerint amouendum. In cuius rei testimonium presentem paginam nostris sigillis fecimus communire, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina hec sunt: Conradus et Gode-